



# **Iacobi Ceratini De sono literarum, praesertim Graecarum libellus.**

<https://hdl.handle.net/1874/456056>

98 2

# IACOBI

CERATINI DE SONO LITE-  
rarum, præsertim GRÆ-  
CARVM libellus.

ALDI MANVTII, de uitiata uocalium ac di-  
phthongorum prolatione, παράρρησις.

QVINTILIANVS LI-  
BRO PRIMO:

An cuiuslibet auris est exigere literarum so-  
nos? nō hercle magis, quàm neruorum.



COLONIAE,  
Ioannes Soter excudebat,  
AN. D M XXIX.

# ODES. ERASMO

ROTERODAMO IACO.

BVS CERATINVS, S.



INTER MVLTA ET VA-  
ria munera, quib<sup>9</sup> ornauit deus  
hominē, atq; ab alijs separauit  
animantibus, non in postremis  
ponenda est, loquendi facultas  
oratio: cuius quanta sit & uis &  
suauitas, perspicue cognorim<sup>9</sup>,

si consideremus, quantum nudus uocis humane  
sonus omnem excellat musicam: quam uel in fla-  
tu, uel fidibus, aut alia arte constare uidemus. Hic  
uero quantum sit discriminis perspexerimus,  
si intelligamus omnia illa quantum uis suis illece-  
bris demulceat aures, non esse, nisi adumbratam  
quādam imaginem soni illius, quem uox nostra  
syncera fundit: ad quē quāto accedunt imitatio-  
ne propius, hoc iudicatur naturæ sensu perfectio-  
ra. Et quidem, cum is nullo adminiculo adiuncto  
sit uirtutis tam efficacia, ut animum excitet, de-  
primat, incitet, reuocet, nunc gaudio, nunc mœ-  
rore, aliās spe, metu aliās impleat, & omnino tot  
afficiat modis, quot nobis affectus indidit natu-  
ra. principio, quid non faciat accedens eò uox cer-  
ta comprehensione literarum & uerborum libe-  
re quidem profluens, sed tamen tanquam articu-  
lis quibusdam & membris distincta, & illigata  
neruorum uinculis? Deinde uero, ut non detur fi-  
ne mem

EPISTOLA.

ne mēte sonus, quid non efficiat eodem insuper ueniens sententia, orationis uita? Nam uerba corporis, sententias animæ locum obtinere dixerimus. Hinc ille modulatissimus cantus, qui feras, arbores, fluuios, durissima saxa mouisse, & uoluptate delinuisse dicitur, cum primo regnare cœpisset. Hinc illa flexanima suadela, commodius Græcis dicta *πειθὴς*, quam non sine causa rerum reginam uocauit Euripides. Huius diuinæ rei, hoc est, orationis, cum moderatrix sit pronuntiatio, ea autem suos habeat sonos, quorum naturam prima illa orationis elementa cōplectuntur. Age experiamur, possimus'ne aliquid inuestigando cōsequi, quod uiam nobis aperiat ad cognoscendum, quæ literæ sit uniuscuiusq; natura, quæ uirtus, quæ formadæ uocis ratio, quæ res ad perspicendam orationis naturam alioqui latentē, cum sit necessaria, tum scitu est iucundissima: ut enim medicus citra anatomiam (quam uocant) corporis humani & membrorum rationem cognoscere nō queat, ita nec orationis naturā satis habeas exploratam, nisi facta dissectione quadam membratim primo singula inspicias, deinde in ipsa prima resoluas elemēta. Tu uero *ἔρασμαίωτα* Erasme, boni consulas oportet, si amabilis tui nominis auspicio in præsentia abuti uideamur, præsertim quum id non faciamus, ut fieri solet, aut patronicij libello eblandiendi, quum talem patronum non mereatur: aut noui fauoris mihi conciliandi, cum uetus tuum erga nos studium semper

IACOBI CERATINI,

fuerit uel nimium. Multo uero minus beneficij capiendi causa, quando benignius mihi non semel fecisti, quam uoluntas mea tulerit. Et omnino tua in nos merita, maiora sunt, quam sustinere possim. Sed ista de literis tibi literariæ rei principi, eo tantum offerimus animo, quo superstitiosa, sed minime ingrata uetustas Cereri & Baccho suas primitias consecrabat, tametsi crederet

eos illarum non modo non in-

digere, sed ut autores etiam

ac datores eatudem ue-

neraretur. Bene ua-

le. Louanij. Ca.

lend. Iulij.

(\*)

# IACOBI

CERATINI DE SONO LITE-

rarum, præsertim GRÆ-

CARVM libellus.



VI AB ALIA, QUAM HE  
bræorum gente, originem acce-  
pisse literas existimant, lōgissi-  
me mihi uidentur à uero rece-  
dere. Quid enim huiusmodi re-  
rum, aut nō post additum fuit  
illi nationi, aut ante primis illis  
generis nostri parētibus datum fuerat, non mul-  
to post conditum mundum, ut necessariæ artes,  
usus uini, nauigiij, legum, & similitum. Quod reli-  
quarum gētium impietas non agnoscens, quid-  
uis maluit, & quidem impudentissime, ridicule  
que cōmisceri quàm ueritati subscribere: ne uel  
sic dei nomē per ipsius dona, gloria illustraretur.  
Quicquid est industriæ necessariæ ad uitam mor-  
taliū sustinendam id à primis parētibus, quic-  
quid post accessit humanitatis & ueræ elegātix,  
ab illis equidem credo deriuatum esse in cæteras  
nationes, nam eam gentē instituisse deum ipsum  
ad omnem humanitatem, & rectum cultum sa-  
cra testantur uolumina. Hinc tota Asia excoli cœ-  
pta est, hinc Aegyptus literis & moribus erudita,  
hinc propagantibus se diuinis donis, ut fit, Græ-  
cia, & reliqua tandem Europa cœpit iisdem frui  
A 3 bonis,

IACOB. CERAT.

bonis, sed eorum autore minime cognito, donec ipse miseratus tenebras nostras, sese nobis, per uerbum suum reuelaret. Sed iam rem ipsam inuenta origine aggrediamur.

A.

**A** Igitur, ut ordine, ita & soni præstātia ele-  
 mentorum est primum. Profertur arte-  
 ria (per quam uox omnis funditur) spiri-  
 tum continente, ore figurā (quam natura dedit)  
 seruante immunem ab omni rictu, lingua pēdu-  
 la & leuiter reducta, aliās quietem prorsus agen-  
 te, per quam sonus temperato nisu egreditur. Sed  
 nunc breuiorem, nūc longiorem sonum accipit,  
 quod & reliquis duobus accidit, quæ, *διχρονία* qua-  
 si bitemporea uocant, *ι* & *υ*, cum longum habe-  
 tur, omnino absolutæ uirtutis & sonantissimum  
 est. Nā hic aperit os se liberius, & spiritus sursum  
 uersus, quo omnis sonus natura fertur, palatū pe-  
 tit sono productiore. Cum in breuibus numera-  
 tur, concise magis pronuntiādum unico spiritus  
 ictu, arteria minus diu occupata. Hāc ancipitem  
 naturam apud Latinos habent quinque uocales  
 omnes, ut nunc breues, nunc longiores occurrāt.  
 Vocalium autem ut quæque est optima, ita soni  
 existit expeditissimi, plenissimi, lætissimi: efficitq;  
 ut os hilaritate quadam renideat. Bonitatē si spe-  
 ctemus, hic fuerit ordo: *α*, præsertim si lōgum sit,  
*η, ω, υ, ο, ι, ι*. Apud Latinos, *a*, e modo producat,ur,  
 nam breue, penultimum locum tenet, *o* modo  
 longum, *υ, ι*.

DE SONO LITERARVM.

B.

**B** Ordine quidem proximum, sed uirtute re motissimū est, cum inter illa numeretur, quæ ob soni inopiam ἀφωvox, id est, non sonantia siue muta nominētur. Est autē adeo impediti, & obscuri, aut poti⁹ nullius soni, ut irrito conatu laboret dum exitū parat, & quidem frustra niteretur, nisi uocalis subueniret, quæ ueluti inclusum & uinctum eripiat ac soluat, quo uitio & cæteræ laborāt mutæ. Profertur summis labris, quæ antea comprimuntur, uocale hæsturum alioqui, & ligatum sonum foras mittente, & uinculis liberante. Quanta hoc duritie aut mollitie fieri debeat opinor: colligi etiam posse ex duabus mutis φ & π inter quas est media, ratione συβυγας. Qui censent mollius esse pronuntiandū Græce quàm Latine, uideant quid præscribant. Non aliter græce quàm Latine esse enuntiandum, ego uel Cicerone teste probaro: is libro nono familiarium epistolarum, in epistola cui initium: Amo uerecundiam, agens de uocabulis obscænis, hæc scribit: Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus, & cū bini, obscænum est: ex quibus uerbis liquet eruditissimum illud Ciceronis seculum nō secus pronuntiasse β Græce, quàm b Latine, nam bini, quo numerum significant Latini, & βivei quod Græcis obscænum est uerbum, ita pronuntiabant, nullum ut esset in uocibus soni discrimen, quāquam arbitror Latinum b proferri à nobis nunc paulo durius, quàm satis est.



IACOB. CERAT.

Γ.

**Γ** Profertur, lingua excitante se uersus interiore[m] palati partē, ubi obtusior quidā sonus retrorsus coire uideretur. Ad eundē modum finguntur  $\chi$  &  $\psi$ , quæ huic sunt  $\sigma\psi\upsilon\gamma\alpha$ , id est, coniugata, nisi quod aspiratione & tenuitate soni discrepant, Inter quæ,  $\gamma$ , ut uirtutis, ita & soni est mediū.

Δ.

**Δ** Profertur illidente se lingua suprema summo oris cœlo, deinde illinc sese reijciente & sono præbente exitum circa dentes superiores, ita ut primo imos, post superiores dentes leuiter incuruata feriat. Idem fit in promendis  $\theta$  &  $\tau$ , quæ huic sunt  $\sigma\theta\upsilon\gamma\alpha$  & naturæ lege coherrentia.

E.

**E** Inter uocales natura non ita resonans, seignius os diducit, atq[ue] ictu circa arteriā fertur languidiore, superiorē rictum aliquo modo deprimit, & utrinq[ue] lingua in molares impingit. Cæterum, quia uocalis, nulla non est consonante præstantior, & litera non paulo plenior, quod & Cicero palàm facit libro III. de oratore.

Z.

**Z** Duplicem, hoc est, duorum elementorū accipit sonum, uidelicet  $\sigma$  &  $\lambda$  cuius fingēd[is] rationem, ex simplici est natura cognoscere, nisi q[uo]d nimius ille susurrus literæ  $\sigma$ , hic temperatur, fitq[ue] multo leuior, quod & reliquis duabus

DE SONO LITERARVM.

duabus duplicibus contingit. Vnde fit ut, tamen si  $\sigma$  insuauem literam accipiant, soni tamen sint, ut in suo genere, laudatissimi, nam soni præstantia antecellunt omnes semiuocales, quæ inter cõsonantes dignitate præminent. Porro  $\zeta$  inter duplices, quod & Quintilianus libro duodecimo satis testatur, iucundissime sonat, adeo ut spirante illius sono ipsa oratio ueluti exhilarescens renideat, quod animaduertas in Zephyrus Zopyrus & similibus.

H.

**H** Dignitate proximum est literarum principia, quam tamẽ facile uincit si corripitur. Exitum habet minime impeditũ, & sonum reddit æquabili tenore linguam quiescentem transeunte, qui, quod soni propriũ est, in sublimẽ fertur, parcius tamen os aperit q̃ & productum, unde licet cernere diuersum esse huius sonum ab iota, & esse quidem prorsus alium ex M. Varrone intelligas, qui libro secundo de re rustica, docet capras & oues Græcis fuisse dictas  $\mu\eta\lambda\alpha$ , quod sonare uidetur mee, duplex uidelicet ee, quod quid esse dicamus nisi merum  $\eta$ ? cuius rei ipsa etiam figura nos admonet, probabile est enim, primam eius figuram fuisse duo  $\eta$  coniuncta loco istius quam nunc pingimus  $\eta$ , sicut in  $\omega$  usu uenit, De sono nullum relinquitur dubium cum Latini semper in a uel in e longum uertant, idem demonstrant uerba  $\mu\eta\kappa\alpha\delta\lambda\epsilon\varsigma$ , id est, capræ &  $\mu\eta\eta\kappa\alpha\upsilon$ , quæ uox fictitia imitatur balatũ caprarũ, nã

ut oues bee, ita capræ mee potius uidentur sonare.

⊙.

**Q** Cum fit ex numero mutarum, nullā habet edendi soni facultatem, nisi uocalis labiorum & dentium claustra referet, fingitur ut *A*, sed propter insitam aspirationis naturā, liberius linguam impellit uersus dentium discrimina. In huius prolatione uideo quosdam anserinum sibilum, (quē uocant) ambitiose nimis consecretari, quem, quare magis hic requirāt quā in *φ* & *χ*, sane uelim audire. In usurpatione uulgariū linguarum puta reuthonicæ uel gallicæ, idiotæ solo nature sensu animaduertere cernuntur, ubi, & quā de core literæ tenui τ aspirationem addere conueniat, quod uidere liceat, conferendo scriptam eius generis dictionem, cum pronūtiatione, qua ab illis promitur.

I.

**I**nter uocales postremæ notæ est, cum nullā sonum ædat exilem magis, etiam tum, cum producitur, quod & Plato indicans, accōmodam ait esse ad exprimendas res subtiles & pene trahiles, quod declarāt, ut ait, *ἡ vox, ἡ σφ* ac similia. Dum profertur, ictu quodam petit ultimos dentes, quos genuinos appellant, nasciturque circa primores dentes collisio spiritus, neque os multū aperitur, neque labra hoc præstant, ut os illustriore & hilariore sono renideat, Quod Vergilius habens perspectum: Olli subridēs dixit, non illi, cum subiuncturus esset ridēdi nomē, à quo natura literæ est

DE SONO LITERARVM.

est aliena. Hæc mihi causa uidetur mutatae literæ: si enim propter magnificentiã solum fieret, quã postulat heroici carminis maiestas, quã causam adfert Phauorinus Gellianus, cur istuc magis fiat hic, quã in alijs. Huius autem literæ exilitas non ita est exanguis & tristis, ut non suo loco amœnitatis uel plurimum adducat uenusta gracilitate, qua de causa apud Latinos non raro in locum e migrat accita.

K

**K** Sonum concipit, eadem ut dictum est cõ formatione oris, qua y, tenuitate quam postulat excepta. In triplici illo ordine mutatum, id per quod pulchrum est & cõmodũ: quod natura unius literę, puta intermedię cognita, noris item reliquarũ duarũ, tenuis & aspiratae. Hæc nostra tempora, nusquã magis, quã in huius elementi pronuntiatione discrepant, alijs ita proferentibus, ut interdum ad o proxime uideatur accedere, nõ nullis sic, ut de sono r, aliquid admixtum putes, quæ tamen prolatio, meo iudicio, cõcinnior existit superiori, & eam quidam amplectuntur lubentius, quod e Græcia qui nostro seculo ueniunt, ita sonare uidentur, quod, ut alicuius momenti esse fateor, ita negaro esse satis ad probandum, eum esse sonum legitimum, cum Græciæ lingua, non minus, quã Italorum sit uastata & barbariæ contaminata. Ego naturam illius illæsam conseruari arbitror, si ubique pronuntietur, ut omnes id pronuntiant, uelint, nolint, in ipso ele.

IACOB. CERAT.

elemēti nomine Cappa, ubi proprie uim soni exprimi perspicuum est, ut in κῶλον, κέμιαι, κέλλοι, κρότες, ubi proprietates soni adamussim obseruatur. Neq; nos abstertere debet, quod Latine cœli, cœna, cingo, & eius generis plurima, sic proferunt, ut in obscuro sit, nisi q̄s orthographiam teneat, sit primum elementum s̄ an c: quando id fieri uitiōse, non est opinor, qui dubitet.

Δ.

**Δ** Plenum dulcedinis & amœnitatis elemētum, mira suauitate auribus illabitur, Profertur lingua pulsante palatum, ore satis rotundo & ad hilaritatem composito, labrisq; minime compressis, libere profluentem sonum fundens.

Μ.

**Μ** Compressis labris concluso ore sonum colligit in interiori oris parte, quē mugitu quodam non sine molestia extrudit. Infelicitas eius potissimum apparet, cum claudit dictiones, quod quum Latina lingua nimis q̄ sæpe patiatur, habetur & ipsa infelicioꝝ. Græca, cum in nulla dictione ferat, hoc etiā nomine censetur beatioꝝ. Huius elementi mugietem sonum fugientes Poëtæ Latini curant id elidendū in carmine, sequente uocale.

Ν.

**Ν** Citra laborum compressionē in oris interiori recessu fingitur, spiritu quidē petēte nares, sed sono per oris exitum meāte, quem

## DE SONO LITERARVM.

quem iucundum habet, & in fine suauius tinnientem. Quare Græci lingua mortalium felicissimi, hoc lubenter suas uoces claudunt; quod Latinis rarissime contingit.

Σ.

**Σ** E' duarum literarum, *σ* & *ς*, natura tēperatur, ac sonum utriusq; mixtū complectitur, quem adeo non habet cōtractum & ieiunum; ut uastior à quibusdam iudicetur. Eius fingendi ratio ex simplicibus colligitur, q̄ uero sit non iniucunda auribus litera Attici testantur, exactissimi omnis elegantiae iudices, qui sæpe repudiato *σ* amplectuntur, ut amabiliorem ξ, nam hic, ut dictum est, susurrum illum & feritatem facta temperata deponit.

Ο.

**Ο** Μικρόν ipso nomine naturæ suæ rationem indicat, etenim non tam est figura contractum, quàm sono non amplum. Dignitate antecellit, quantitate temporis sibi parem literam, estq; soni lætioris; os enim recludit apertius, ictum uero circa arteriam accipit pleniorē.

Π.

**Π** Ut est natura elementorum, que *ψίλα* uocant, tenuem sonum sortitur, summis labris exprimitur, sonum non æderet, nisi uocalis succurreret hærenti, quod uitiū & cæterorum quæ *ἄφωγος* uocant, cōmune est omnium.

Ρ.

IACOB. CERAT.

**P**Secundum Platonem, est ueluti instrumentum peridoneum omnis motionis. Profertur concitatus, lingua ad palatum iuxta dentes excitata, & summa sui parte, spiritum elisum uibrante, ictu quodam tremulo, tam horrifico sono auditum exasperas, quam  $\lambda$  eundem soni dulcedine blandiens demulcet, & ut nature est impetuosa, ita & masculi est roboris, unde & oris firmitudinem requirit.

$\Sigma$ .

**$\Sigma$** Inelegantis & iniucundi habetur soni, sibilum potius anserum, serpentium, & similium animalium repræsentans, quam humanæ uoci splendorem concilians, unde primi illi scriptores eo parcissime sunt usi, adeo ut teste Demetrio Phalereo odas totas uidere licuerit, ubi nullum inesset  $\sigma$ . Profertur lingua sursum adducta ad palatum, cuius medio spatio spiritus fertur, & circa dentes exilem & angustum & quodam modo tristem sibilum expellit. Verum natura eius emendatur & tanquam mansuescit in duplicibus,  $\zeta, \xi, \psi$ .

$\tau$ .

**T**Vt cæteræ multæ, ori exhibet plusculum negotij. Quod & Lucianus significans inducit literam  $\sigma$  obijcientem  $\tau$ , quod uinculis quibusdam uocem humanam intorqueat ac dilacerare conetur, præter soni tenuitatem formatur, ut  $\lambda$ : hoc elementum apud Atticos & Diores frequenter  $\sigma$  sua eijcit possessione, alijs quoque eadem

DE SONO LITERARVM.

dem licentia molestum: Vide Lucianum ludentē  
in iudicio uocalium.

Y.

**Y** Profertur contrahētibus se utrinq; labris;  
ubi sonus angustia quadam premi uide-  
tur, eadem ratione fingitur u Latinis, nisi  
quod dum coeunt labra fiant productiora non si-  
ne suauitatis iactura, cum v multo spiret suauis,  
ut mirabile sit hanc dulcedinem, aut uix, aut ne  
uix quidem, sed potius nullo modo, percipi, dum  
nunc audimus pronuntiantes uerba græca aut  
latina, quæ v suo dulcissimo sono non uulgariter  
auribus commendaret, præsertim, cum in barba-  
ris linguis eius penè natiuum sonum, placide flu-  
entem frequenter percipiamus auribus, qua de  
causa in earum orthographia, i græcum ut nūc  
uocant, passim occurrit, Ex hoc solo elemēto Ari-  
stophanes in sua Pluto totum conficit uersum  
Iambicum trimetrum  $\psi\psi\psi\psi\psi\psi\psi\psi$ , quo tantum,  
ut ego quidem arbitror, gestum & per nares fla-  
tum exprimit, eorū, qui aliquid olfacientes, odo-  
ris genus exactius dijudicare & percipere conati  
tur, quare clauso ore, naribus modo spiritum re-  
uocantibus est efferendus, si tamen hoc est effer-  
re, Et hoc qualecunq; est, nō nihil faciat ad cogno-  
scendam elementi naturam.

Φ.

X.

**Φ** Et  $\chi$  utrinq; noris, cognito utriusq; uel me-  
dio uel tenui elemento, non sis modo ne-  
scius accessionem fieri per aspirationem,  
quæ



IACOB. CERAT.

quæ dignitatis quendam gradum addit. Ex multis enim primum locum obtinent, quorum dignitas aspiratione amplificatur: proximum, quæ medio inter tenuem & aspiratum sono promuntur: infimum, quæ ob tenuitatem soni, gracilitatem quandam præ se ferunt.

Ϛ.

**Ϛ** Duplex elemētum π complectitur & σ, quibus non paulo resonat plenius & iucundius. Fit miro enim modo, ut facta mixtura, alterum alterius sonum commendet: id etiam boni accidit & ξ duplicibus.

Ω.

**Ω** Mica primo penè aspectu hominem trahit in sui cognitionē, figuræ magnitudi-  
ne, unde nomen habet, quā æquat soni amplitudo. Figura duo 00 representat, pronūtiatio tantundem soni commixtum promit. Prima figura à qua nimium hæctenus recessit, uidentur duo 00 coniunctius posita esse in utroq; circulo supernè clauso, ad quem modum etiam nunc à nonnullis effigiatur, quod eò dico, ne quis dubitet, contineri hic simplicis 0 geminum sonum. Profer tur ore rotundo, composito & decenti labrorum habitu, spiritu ictum reddēte circa oris extremitatem, sono, quem habet magnificū collecto in altiori oris recessu. Et ut ordine postremum est, ita uirtutis præstantia tertium sortitur locum, nullum enim elementum post & longum & 0 felicio-  
ris illo & plenioris soni habetur,

Hæctenus,

## DE SONO LITERARVM.

Haëtenus, res dum perfequimur subtiles adeo  
 & minutas multorum ut fallant oculos, subfidio  
 usi sumus eorum, qui olim in his explicandis ma-  
 gno studiorum fructu uersati sunt, cum aliorum  
 quorundã, tum maxime elegantissimi Demetrii  
 illius Phalerei & Terentiani, quibus nescio uiris  
 quid queat inueniri acutius. In hoc quidem gene-  
 re diphthongorum rationem (quod superesse ui-  
 detur, tractandum susceperimus lubëter) si quid  
 extaret, quo possemus aliquo pacto, mentis acie  
 & cogitationes conuertere, ceu nauæ suum so-  
 lent cursum ad cynosuram aut elicem sydera di-  
 rigere. Neq; enim sapientis esse iudico, duce nemi-  
 ne hoc ingredi pelagus. Quanquam quæ sit di-  
 phthongorum ratio, qui sonus debeat esse, faci-  
 le intelligitur, ex uocalium, unde conflatur, natu-  
 ra. Vetustissimos illos duarum uocalium sonum  
 una diphthongo expressisse, ipsa nominis ratio  
 abunde satis declarat. Succedentes ætates an idem  
 obseruarint, equidẽ addubito, præsertim cum ui-  
 deã Ciceroniano tam docto seculo diphthongũ  
 non fuisse pronuntiatam, ut diphthongum con-  
 ueniebat, sed ut *i tãtum*, quod luce clarius cernas  
 apud Ciceronem, eo loco, quem in litera *ß* addu-  
 ximus in dictionibus *bini* & *biua*. Cumq; ex Aulo  
 Gellio intelligamus eandem diphthongum in di-  
 ctione *treis* & similibus nihil nisi sonuisse ex Gre-  
 corum autem diphthongis, quasdam proferunt  
 sua lingua, & quidem pleno sono Galli & Germa-  
 ni tam inferi quàm superi, non tam disciplina, q̄

## IACOB. CERAT.

naturę sensu captantes, quod aures afficiat & impleat.

Porro syllabę, literarum ę quibus connectuntur, naturam concipiunt, adeo, ut inter breues, aliam contingat alia breuiorę fieri, pro literarum numero, ę longis item, alię alia, propter eandem causam longiorem, secundum quam uarietatem, sonorum etiam nascitur diuersitas, nam additis uel detractis literis, soni non tantum crescunt, aut diminuuntur, sed & uel duritie & asperitate horrescunt, uel mollitie & lenitate dulcescunt, sed hec exemplo dilucidemus. In uerbo ὀδὸς, 0 breuis est syllaba, accedente ρ, fiat ῥόδος, manet qualis ante erat, adijciatur insuper τ, & fiat τῥόπος, breuis adhuc manet. Superaddamus & tertiam literam σ, & sit σῥόπος, ubi syllaba permanet breuis, tribus incrementis quę manifeste auribus percipimus acceptis. Eadę tibi ratione crescet per gradus longa, ut longa est syllaba ἦν, crescit, si dicas ἦν, fiat πἠν, & postremo σπἠν, magis atq; magis nō modo literis, sed & sono augebitur. Hęc, ut & omnia quę de literis diximus, eō spectant, ut rebus studeamus, quę propria eloquentię laus est, uerba accommodare, ut enim nihil est ineptius, quā in sublimi dicēdi genere, uerbis uti humilibus & abiectioribus: in humili contrā, sonantioribus & grandiloquis, ita absurde fecerimus, si non, tractādo res letas, uerbis utamur splēdidioribus & natura hilarioribus, si tristia contrā prosequamur, non obscuriora & minus ad iucunditatem apposita  
 usur.

## DE SONO LITERARVM.

usurpemus: quibus neglectis, nec ipsi elegantiorē  
autorem ad plenum capiemus, nec dicere quic-  
quam dignum eruditis auribus poterimus. Atq;  
hic quidem est scopus & usus, si quem ista iuua-  
bunt, fuerit huius, qualecūq; iudicabitur, opuscu-  
li, cui nihil eorum attexuimus, quæ ex Prisciano  
adduci posse uidebantur: Primum, compēdij stu-  
dio, & quod satis ille sit studiosis familiaris. Dein-  
de, quod ad illum ire cupiamus, si sint, qui plura  
desiderent quibusdam de literis Latinis: Illud uero  
quod habet de uario eiusdem uocalis sono, pro  
quantitatis accentus, & spiritus diuersitate, ut  
singulæ uocales, decem aut plures acci-  
pant sonorum differentias: illud in-  
quam, pulchre conuenit, & con-  
ferendum duco, cum ijs quæ  
paulo ante de syllabis,  
Demetrium sequu-  
ti, tradidi-  
mus.

FINIS.

B 2 10.

IO. FRANCISCI QVINTIA-  
ni Stoæ, de prolatione literarum.

- A sub directo memorabilis oris hiatu est.  
B simul inclusis profertur utrinq; labellis.  
C linguam ad pulsos compellit ad usq; molares.  
D cogit superos linguam contingere dentes.  
E paulum pressa profertur gutture lingua.  
F labrum inferius superis cum dentibus urget.  
G damus extremum quū tangit lingua palatū.  
H oritur tractis quum uentus faucibus halat.  
I linguam impellit collidi dentibus imis.  
K fauces formant media cum parte palati.  
L facit extremum contingens lingua palatum.  
M quū fit pressum premitur per utrunq; labellū.  
N lingua ad pulsa collidit litera dentes.  
O uenit, exoritur quum spiritus ore rotundo.  
P datur eruptis ter litera quinta labellis.  
Q fit in ad pulsu quum stringimus ora palati.  
R facit ut supero crispetur lingua repulso.  
S quum fit peragit colliso sibila dente.  
T linguam impulsu contactis dentibus exit.  
V facit os strictum: sic promula labra fatigat,  
X reddit quicquid c, atq; s, formare uidemus,  
Y apprehensis labris procedere iustum est.  
Z sepulchrales imitatur concita dentes.

# ALDI MA-

NVTII, DE VITIATA VOCALI-  
um ac diphthongorum prolatio-  
ne, πάρεργον.



OC LOCO NON VIDETVR SI-  
lento prætereundum, quod de  $\alpha$  di-  
phthongo hic scribitur his uerbis:  
 $\eta$  ἢ θύση μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τὸ φύση μακρῶς,  
ἐπεὶ καὶ τὸ  $\alpha$  τὸ φύση μακρὸν μείζον ἐστὶ τὸ  $\alpha$  δι-  
φθόρου τὸ ἐχούσης τὸ ἰκφονούμηνον. ὃ ἢ τριῶν ἔργον δύο σρα-  
τιωτῶν, ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quandoquidē uel hinc  
colligi potest, ætate nostra, & maiorū ab hinc an-  
nos octingentos, ac plus eo, perperā diphthon-  
gos omnes, & pronuntiarī, & pronuntiatū esse,  
præter  $\alpha$  &  $\epsilon$  in apud Græcos. Nam apud nos &  
illas perperam. Si enim  $i$  in  $\alpha$  diphthongo ἰκφωνη-  
τίου, ut supra est scriptum, uidelicet  $\alpha$  natura lon-  
gum maius esse  $\alpha$  diphthongo, quæ  $i$  quod pro-  
nuntietur, habeat, perperam, ac barbare eā nunc  
proferimus, cum e legimus. Nam &  $\alpha$  &  $\epsilon$  in ea so-  
num habere suū debent cōfufum in unā syllabā,  
ut ab  $\alpha$  incipias, & in  $i$  definas, quēadmodū in  $\alpha$   
&  $\epsilon$  in diphthongis facimus. Præterea diphthōgos  
omnes proprias hoc modo pronuntiādum esse,  
pater ipso nomine: Diphthōgus enim dicitur, qđ  
duos φθόγους, hoc est sonos & uoces habeat, id qđ  
& Terentianus ait his trochaicis:

Porro uocalem secuta, uim tenet uocalium,

## ALDI MANVTII

Et sonos utrosq; iungit, unde diphthongos eas  
 Græciæ dicunt magistri, quod duæ iunctæ simul  
 Syllabā sonant in unā, utiq; gemina præditæ.  
 At si α, ε, ο, ι & ει, ου u legas, ut nūc barbare legim⁹,  
 non diphthongos, sed monophthongos pronun-  
 tiando facies: cū sonū utriusq; quæ in diphthōgo  
 propria est uocalis, iūgere debeas in unā syllabā.  
 Nam, i in οι diphthongo propria ἐκφωνούµενον dicit̃  
 à grāmaticis: contrā ἀνεκφώνητον in diphthōgo im-  
 propria. Atqui si α, ε sonat, nec α nec ι, profert̃. v e-  
 tiā in ου diphthongo ἐκφωνούµενον quæadmodū in  
 αυ & in ω diphthōgis, esse debet, ut ab ο paruo in-  
 cipias, & definas in υ. Sonū autē ου diphthongi id  
 est u, ut nunc male pronūciamus, v uocalē apud  
 antiquissimos habuisse existimo. Signū est, qd  
 nunc quoq;, quod Græci δύο, nos duo dicimus, &  
 quod illi σὺς, μῦς, θύλη, ῥώµυλος, nos sus, mus, Thule,  
 Romulus dicimus, & alia id genus sexcēta. Eodē  
 modo η & ω & ε & ο non recte pronuntiamus. Nā  
 η & ε proximū, ac pene eundē sonū habere debēt,  
 hoc est ε, ut η proferas clarius, & sub palato, ε uero  
 minore sono in gutture. Exēpli gratia, ut η profe-  
 ras ut e latine loquens in dictiōe debes, ε uero, ut  
 e in dictionibus hisce uulgaribus, che dice, che  
 pane mangia, che uino beue, cū barbare loque-  
 ris, ut nūc uulgus. Sic ω magnū proferendū, ut in  
 dictione bono cū latine nūc loquimur. Nā apud  
 antiquos nostros o breue & o longū nō eundem  
 sonū habuisse existimo: o uero parū, ut o in ea-  
 dem dictione bono, si ut uulgus dixeris, e bono  
 ho-

ΠΑΡΕΡΓΟΝ.

homo, & mio amico . Sic eas literas pronuntiarī  
debere Terentianus præcipit cum dicit:

Literā nanq̄e uidemus esse ad *ητα* proximam,

Sicut ο & ω uidentur esse uicinæ sibi.

Temporū momenta distant , non soni natiuitas.

¶ præterea non i sed e longū sonare debere , osten-

dit etiā Eustathius, in Homere, inquiens: Εἴμιμιμῶν

τῆν προβοάων φωνῶν, Idē, Εἴβῆ φωνῶν προάτων σημα-

τικόν . ἢ φέρεται παρ' Αἰλίω Διωνυσίω χρῆσις κρατίνου βιάου

τι. ὁ δ' ἠλίθιος ἴσαρ πρόβασεν βῆ βῆ λέγων βαδίζε. Oues

uero non ui ui, ut nunc βῆ βῆ barbare pronuntia-

mus, sed be be balant, & est balant pro belant ἄ

βη, mutatiōe η in α doricæ, ut μήτηρ mater. Vnde &

id colligimus, β sic pronuntiandū, ut b apud nos

profertur, nō ut u consonans, uel f digāma Aeoli-

cum. Alpha igitur & beta & Græcis ipsis dicendū,

ut nos dicimus, non alpha, & uita. id, quod ex He-

bræis acceptum est, qui Aleph & Beth, non uith

dicunt . Sed de his in Fragmētis nostris longe plu-

ra. Vbi etiā γ, η, λ, ν, sequente i uel u uel η uel οi, per-

peramā Græcis nunc pronuntiarī ostendimus,

sicut apud nos, & diphthongos omnes, & ε, &

g, sequente i uel e, & ti sequente uocali.

FINIS.



1927 726

REPORT

The following is a list of the names of the persons who have been  
 elected to the office of the President of the United States for the  
 year 1927. The names are listed in alphabetical order of the  
 surnames. The names of the persons who have been elected to the  
 office of the Vice President of the United States for the year  
 1927 are also listed in alphabetical order of the surnames.  
 The names of the persons who have been elected to the office of  
 the Secretary of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames. The names of the  
 persons who have been elected to the office of the Treasurer of  
 the United States for the year 1927 are also listed in  
 alphabetical order of the surnames. The names of the persons  
 who have been elected to the office of the Comptroller of the  
 United States for the year 1927 are also listed in alphabetical  
 order of the surnames. The names of the persons who have been  
 elected to the office of the Auditor of the United States for the  
 year 1927 are also listed in alphabetical order of the surnames.  
 The names of the persons who have been elected to the office of  
 the Inspector of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames. The names of the  
 persons who have been elected to the office of the Director of  
 the United States for the year 1927 are also listed in  
 alphabetical order of the surnames. The names of the persons  
 who have been elected to the office of the Chief of the United  
 States for the year 1927 are also listed in alphabetical order  
 of the surnames. The names of the persons who have been  
 elected to the office of the Secretary of the United States for  
 the year 1927 are also listed in alphabetical order of the  
 surnames. The names of the persons who have been elected to  
 the office of the Treasurer of the United States for the year  
 1927 are also listed in alphabetical order of the surnames.  
 The names of the persons who have been elected to the office of  
 the Comptroller of the United States for the year 1927 are  
 also listed in alphabetical order of the surnames. The names  
 of the persons who have been elected to the office of the  
 Auditor of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames. The names of  
 the persons who have been elected to the office of the  
 Inspector of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames. The names of  
 the persons who have been elected to the office of the  
 Director of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames. The names of  
 the persons who have been elected to the office of the  
 Chief of the United States for the year 1927 are also  
 listed in alphabetical order of the surnames.

LIST